

/ Admodum R/de Pater, Accepi literas R.P.V. et diligenter legi  
et consideravi, ut etiam reliqua scripta mihi communicata; et quo-  
niam mihi valde placet reformatio à vobis instituta, et a Patre R<sup>mo</sup>  
Generali confirmata, hortatus sum Ill/mum et R/mum Card/lem Veral-  
5 lum, Protectorem ordinis Praemonstratensis, ut amplectatur hoc nego-  
cium, tanquam Deo gratissimum, et confirmationem a Sanctissimo Pa-  
tre nostro, Summo Pontifice, diligenter procuret. Ostendit idem Card  
/lis sibi cordi esse hoc negocium, et reformationem quoque sibi p  
16 placere. Aliud ego hactenus praestare non potui; negocia enim ordi-  
10 num religiosorum non tractantur cum Summo Pontifice, nisi per Pro-  
tectores, nisi forte placeat summo Pontifici adhibere alios etiam  
adconsilium. Etsi quidem ego vocabor, non deero officio meo, et  
probabo me fidelem amicum R/dae P/tis V. et totius ejus monasterii.  
His valeat R/da P/tas V. mei memor in sanctis precibus suis.

15 R/dae P/tis V.

Uti frater in Christo addictissimus.

Admodum R/do Patri, D<sup>no</sup> Servatio de Lairvez, Abbati Sanctae Ma-  
riae Majoris. Mussipontum.

---

20 Arch.Vatic.Mss.Gesuit.18 fol.50. Brouillon autogr.(à la suite de  
la lettre de l'abbé du 4 sept)